



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Heronio sene. Cap[itulum]. lxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sancto Wldeberto epō. Cap. lxxi.



Wldeber

Wldebertus cenomani episcopus postea turonensis archiepiscopus fuit. Hic berégarij turonensis discipulus verficiator et dictator egregius libru eleganter de contemptu huius vite partiz metricè primis pace dictatus composuit: qui etiam ut ipse de se in quadam sua epistola refert multas tribulationes et vincula pro christo perpeusus est ab emulis: videlicet retrocti comitis cenomaniensis: qui illum de comitatu eiecerat: et comitatu eius usurpauerat. Qui sanctus a predictis hostibus detentus est iniuste: eo quod comite existente in carcere visitasset: et testamentum ipsius sua manu conscriptum matri detulisset. In ipsa ergo custodia multas passus afflictiones: epistolas plures scripsit. Tandem eiectus de carcere turoni archiepiscopus ordinatus: virtutibus et sanctitate refulsit: et apud eandem civitatem in pace dormiuit: ubique iacens in miraculis viuuit.

De sancto Didacho epō. Cap. lxxij.



Didachus

Didachus episcopus exomensis magister fuit sancti domini ordinis predicatorum fundatoris: cuius et ille fuit canonicus reglaris et etiam suppositor canonicus ipsius. Hic cum viginti abbatibus ordinis cisterciensis et cluniacensis: et cum quodam apostolice sedis legato ad terram albigensium missus est ad predicandum contra hereticos albigenses: qui tale consilium collegis in officio prebuit: ut quod christus pauperes imbat predicare: eiusdem se vite ostenderet operibus conformare: ut ex hoc alias facilius lucrarent ad christum. Et sic consilio didachi equitaturas et poposas suppellectile dimittebant: in habitu humilitatis et gestu paupertatis incedentes officium predicationis persecuti sunt: in quo officio predictus pater cum sancto domino ei canonice supprioris sibi assistente laudabiliter se gessit: et multos ad christum pervertit. Post biennium autem ad ecclesiam suam redire disposuit: loco sui beati domini vicarium dereliquit. Dumque post multos labores ex omni peruenisset: pedes transiens per castellam: ad extremum vite sue perductus est. Qui post obitum miraculis claruit.

De sancto Bene abbate. Cap. lxxij.

Bene abbas fuit in deserto thebaidis: de quo hieronymus dicit: quod nunquam visus est in rare: neque metiri: neque irasci: neque

quod ociosum verbum proferre: sed vita eius erat in summo silentio: mores tranquillissimi: ut per omnia quasi angelici ordinis videretur. Humilitas quoque immensa: pro nihilo in omnibus semetipsum ducens. Hic dum bestia quedam nomine hiperpotaurus regionem sibi primam vastaret: et rogatus ab agricolis venit ad locum: et bestie in nomine iesu precepit: ne amplius terram illam vastaret. Bestiaque statim recedens nusquam comparuit. Simili modo crocodilum ab eo alio tempore fugatum perhibebant. Hec in vitis patrum.

De sancto Pitirione abbate. Cap. lxxiiij.



Pitirion

Pitirion abbas fuit in thebaidis in monte quodam abrupto fluvio imminente: in quo erant per ipsa precipitia speluncæ difficiles accessu: in his monachorum plurimi commanebant: quorum pater erat pitirion. Hic discipulus sancti antonii fuit: et post eius obitum cum amone habitavit: et post huius abscissum in predicto se monte constituit. Qui gratia sanctorum et fugandorum spirituum miro modo clarebat: et immundorum demonum noticiam maximam habebat. Dicebat autem neminem posse demones eicere: nisi prius a seipso vicia eiecisset. Et quicumque superasset vitia propria: posset de facili demones superare. Hic secundo in septimana reficiebatur: pulmentula ex farre sumens: nec alias iam poterat escam recipere: neque etate: neque mansuetudine permittebat. Hec ubi supra.

De sancto Hieronimo senex. Cap. lxxv.

Hieronimus senex antonij discipulus fuit beati antonij. Qui in deserto nitrie in heremo habitavit post mortem magistri summe humilitatis gratia refertus. Et in eadem solitudine plenius sanctitate quiet. Hec in vitis patrum.

De sancto Diogene monacho. Cap. lxxvi.

Diogenes

Diogenes anachorita alius beati antonij discipulus fuit. Hic erat vir summe pudencie in eodem nitrie deserto degens. Cuius sermo et narratio omnes ad se venientes edificabat potissime cum de magistri sui virtutibus loqueretur. Et hic etiam in eadem heremo dormiuit in pace. Hec ubi supra.